Prot. N. 525/2022

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

Dicasterium pro Episcopis dal 5 giugno 2022

REATINÆ

de Administratoris Apostolici nominatione

DECRETUM

Ad consulendum regimini diœcesis Reatinæ, vacantis post translationem Exc.mi P.D. Dominici Pompili ad sedem episcopalem Veronensem, Summus Pontifex **FRANCISCUS**, Divina Providentia PP., præsenti Dicasterii pro Episcopis Decreto, nominat ac constituit Administratorem Apostolicum memoratæ Ecclesiæ, ab hodierna die et donec eius eligendus successor canonicam diœcesis possessionem capiat, eundem Exc.mum P.D. **Dominicum POMPILI**, eique iura, facultates et onera tribuit quae Episcopis diœcesanis, ad normam sacrorum canonum, competunt, attentis, tamen, quae in n° 244 Directorii de pastorali ministerio Episcoporum "Apostolorum Successores" continentur.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus Dicasterii pro Episcopis, die 1 mensis Octobris anno 2022.

+ Marcus Card. Ouellet

+ Ilson de Jesus Montanari
A secretis